



Institutiones Theologicae Ad Usum Seminariorum

Simonnet, Edmond

Venetiis, 1731

Art. 1. Utrùm Prælati Ecclesiastici leges ecclesiasticas, & Principes
sæculares leges civiles condendi potestatem habeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83614)

Eugenii, §. *Secundum sacramentum*, ubi Eugenius, postquam declaravit ordinarium confirmationis ministrum esse Episcopum, sic prosequitur: *Legitur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili & urgente admodum causa, simplicem sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis Sacramentum.* Ergo, &c.

R. neg. min. Nempe quod summi Pontifices aliquando propriè dispensant cum simplici sacerdote ut ministrare possit Sacramentum Confirmationis, propriè dispensando cum illo in lege & institutione Christi; sed solum hanc legem & institutionem interpretari sunt authenticè, & authenticè judicant Christum sic voluisse, ut ordinarius minister Confirmationis esset Episcopus, ut extraordinarius possit esse simplex sacerdos ex commissione summi Pontificis, & ex rationabili ac urgente admodum causa. Hanc autem authenticam legis & institutionis Christi interpretationem Eugenius dispensationem nominat, impropriè sumptò nomine dispensationis.

Obj. 5. Possunt contingere casus, in quibus legis alicujus positivæ divinæ observatio majus nocumentum afferret, vel impediret majus bonum. Ergo necessaria est potestas dispensandi in legibus positivis divinis pro aliquibus casibus, ac proinde credendum est à Christo Ecclesiæ concessam esse potestatem, ut ad eam fideles recurrere possent.

R. si qui sunt casus, in quibus lex positiva divina, si observaretur, impediret majus bonum, aut majus nocumentum afferret, in iis casibus legem illam non obligare; quia Deus illam ferendo, nolluit in illa casus illos comprehendere, sed contraria voluit illos excipere. Unde necesse non fuit ut Christus Ecclesiæ daret facultatem dispensandi propriè in lege quam tulit, sed sufficit ut ei facultatem illam interpretandi, & germanum ejus sensum authenticè assignandi dederit, & dedisse non negamus, sed asserimus. Hanc autem facultatem latè & impropriè potestatem dispensandi in lege positiva divina nominari, nihil vetat.

ARTICULUS VI.

Utrum legum positivarum divinarum interpretatio cadat sub potestate humanam.

RESPONSIO.

Legum divinarum positivarum interpretatio cadit sub potestate humanam.

Prob. 1. de lege veteri. Nam 1. David lib. 1. Regum cap. 23. legem divinam de non edendis panibus propositionis, nisi à sacerdotibus, interpretatus est non obligare in casu necessitatis, in quo versabatur. 2. Discipuli Christi Matth. c. 12. legem divinam de non providendis sibi cibis in die Sabbati interpretati sunt non obligare ad non vellendum spicas, quibus famem suam levarent. Utramque autem interpretationem, & utrumque factum approbat Christus ipse, loco Matthæi laudato. Ergo, &c.

Prob. 2. de lege nova. Nam 1. Doctores passim illam interpretantur, nec tamen dicuntur arrogare sibi aliquid, quod non possint. 2. Ecclesiæ illam interpretatur, ut patet ex dictis superius. At quis dixerit Ecclesiæ sibi arrogare potestatem aliquam, quam non habet? Hoc autem discrimen inter Doctorem & Ecclesiæ interpretationem interest, quod hæc authentica, illa verò doctrinalis tantum sit.

Ratio à priori pro utraque parte est, quod Deus in ferendis legibus positivis, ut se hominibus accommodet, loquatur generaliter, ne leges extendantur in infinitum, ac verborum multitudine importuna sint; & ita non exprimat multos casus excipiendos, & quos revera vult excipi. Atqui leges sic late per verba generalia, non expressis multis casibus excipiendis, & quos re ipsa legislator vult excipi, in multis casibus interpretatione indigent. Ergo leges positivæ divinæ saepe indigent interpretatione, proinde

Simonnet Theol. Tom. II.

que Deum illas interpretandi facultatem hominibus dedisse, pro certo statuendum est.

Obj. 1. Si ita est, leges positivæ divinæ indigent epykia. Falsum conf. Ergo, &c. Prob. min. Nam contra legum divinarum perfectionem est, quod indigeant moderatione & correctione. R. Interpretatio legum positivarum divinarum, quæ scilicet fit ex æquitate & benignitate, potest vocari epykia, non quod sit exceptio casus, quem Deus non præviderit, aut restrictio legum divinarum contra sensum quem Deus expressè intenderit: nulli enim in legibus divinis excipi possunt casus, quos non præviderit Deus; nec metuendum est, ne aliquando leges divinæ injustæ sint, si semper retineatur sensus quem Deus in illis ferendis intendit: sed quia est moderatio & correctio legum divinarum præcisè secundum verba generalia, quibus late sunt.

Hæc autem moderatio, seu correctio, necessaria in legibus omnibus quæ feruntur per verba generalia, non officit perfectioni legum divinarum magis, quam quod per verba generalia ferantur. At non est contra legum divinarum perfectionem, quod ferantur per verba generalia. Deus enim in ferendis legibus suis convenienter verbis generalibus utitur, ut humano loquendi modo se accommodet, & alia vitet incommoda, ut nimiam verborum multitudinem, & importunam legum prolixitatem. Cum igitur legum divinarum perfectioni non repugnet, quod Deus illas ferendo non exprimat multos casus excipiendos, quos ipse prævidet, & vult excipi; legum divinarum perfectioni non repugnat, quod sic ferantur, ut indigeant aliqua moderatione & correctione, & pati possint aliquam restrictionem & exceptionem, quam Deus prævidet, & vult fieri.

Obj. 2. Dici non potest, quandonam ad Ecclesiæ interpretationem recurrendum sit, vel non sit. R. neg. Nam non est opus ad Ecclesiæ recurrere, quando una lex sufficienter explicatur, vel restringitur per aliam legem; item quando evidentia facti vel necessitatis ostendit Deum nolle obligare in tali casu, ut patet ex Davidis & Apostolorum exemplo supra allegato. Nam, ut dicit S. Thomas 2.2. q. 120. a. 1. ad 3. in manifestis non est opus interpretatione, sed executione.

DISPUTATIO V.

De Lege humana.

ARTICULUS I.

Utrum Prelati Ecclesiastici leges Ecclesiasticas, & Principes seculares leges civiles condendi potestatem habeant.

RESPONSIO I.

Prelati Ecclesiastici potestatem habent condendi leges ecclesiasticas. Est contra multos hæreticos.

Prob. 1. Prelati Ecclesiæ à Christo acceperunt potestatem regendi subditos. Ergo ab eo acceperunt potestatem condendi leges, quibus eos regere possint, & quibus eorum subditi, ut regantur, tenentur obedire. Conseq. patet. Prob. ant. 1. pro Summo Pontifice. Nam Christus Matth. c. 16. dicit Petro successoribus ejus: *Tibi dabo claves regni celorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis.* Et Joannis c. 21. quod loco Matth. laudato, Petro & successoribus ejus promiserat, concedit his verbis: *Pasce oves meas, pasce agnos meos.*

Prob. ant. 2. pro reliquis Apostolis, & eorum successoribus Episcopis. Nam Christus Matth. c. 18. ad illos hæc verba dirigit: *Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in caelo, & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo.* Et quod his verbis promittit Apostolis & successoribus eorum, dat, Joan. c. 20. cum ait: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Hinc Paulus Episcopus Asiæ, qui, eo jubente, Ephesi convenerant, sic alloquitur: *Attendite vobis, & universæ gregi, in quo vos Spiritus Sanctus*

R 4

posuit

posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.

Obj. 1. Deus in veteri testamento prohibuit, ne quid ad praecepta sua adderetur, juxta illud Deut. c. 4. *Non additis ad verbum, quod vobis loquor.* Idem prohibet in novo testamento, juxta illud Matth. c. ult. *Docete omnes gentes . . . docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.* Præterea, Christus Marc. 7. damnat humana praecepta, *In vanum, inquit, me colunt, docentes praecepta hominum.*

R. ad 1. neg. Nam loco citato Deus loquitur de praeceptis caeremonialibus, & Judæis prohibet, ne ad ea aliquid ex gentilium ritibus superaddant. *R. ad 2. etiam neg.* Locus autem citatus pro nobis est. Cum enim Christus antea Luc. c. 10. dicendo Apostolis suis, *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit,* significaverit velle se ut fideles Prælati Ecclesiasticis obtemperarent, postea quando Apostolis præcipit ut gentes doceant servare omnia quaecumque ipse mandavit, præcipit, ut gentes doceant, obtemperandum esse Prælati Ecclesiasticis, & hanc esse voluntatem ejus, ut quicumque fidei jugum subeunt, Prælatorum Ecclesiasticorum legibus se subiciant. *R. ad 3.* Christus damnat praecepta quadam hominum injusta, vel inutilia, quæ tamen Pharisei legi divinæ anteponebant.

Obj. 2. Augustinus epist. 119. ad Januarium, damnat leges Ecclesiasticas. *R. neg.* Itaque hoc loco S. Augustinus dampnat, non leges Ecclesiasticas, sed abusus quosdam, qui contra communem Ecclesiæ consuetudinem irrepleant. Postquam enim de his abusibus conquestus est, sic ait: *Omnia itaque talia, quæ neque Sanctorum Scripturarum auctoritatibus continentur, nec in consiliis Episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universæ Ecclesiæ roborata sunt, sed diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix aut nunquam inveniri possint causæ, quas in eis instituendis homines secuti sunt; ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione rescanda existimo.*

Vides S. Doctorem hic solum damnare praxes quasdam inutiles, superstitionem redolentes, in quibusdam tantum locis usitatas, sine sufficienti auctoritate introductas, quarum rationabilis causa vix aut nunquam inveniri potest, & quæ tamen à certis hominibus tanti sunt, ut multa, quæ in divinis libris saluberrime præcepta sunt, minus curentur, & gravius corripiantur, qui per otia suas terras nudo pede tetigerunt, quam qui mentem violentia sepelierint. Leges autem ab Episcoporum conciliis latas, non modò non rejicit, sed ab omnibus servandas esse expressè assensit, ut patet ex loco laudato.

Obj. 3. Lex Evangelica sufficit ad salutem. Ergo frustra conderentur aliæ leges ab hominibus. *R. neg.* conseq. Nam lex Evangelica ad salutem sufficit in eo sensu, quòd ut quis salutem consequatur, satis sit, si servet totam legem Evangelicam. At totam legem Evangelicam non servat, qui non obedit legibus Prælatorum Ecclesiasticorum: nam lex Evangelica commendat illorum auctoritatem, & subditos jubet illis obtemperare.

Obj. 4. Si Christiani tenerentur legibus Ecclesiasticis, conditio Christianorum durior esset, quam fuerit conditio Judæorum: nam multò plures & difficiliore sunt leges Ecclesiasticæ, quam fuerint leges Mosaicæ. Consequens contradicit Christo dicenti: *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* Ergo, &c. *R. neg. seq. maj. Ad prob. R. 1.* Leges Ecclesiasticæ, quibus obligantur omnes Christiani, sunt numero paucæ: vix enim sunt quatuor, aut quinque, de servandis scilicet jejunii, festis, Confessione annua, & Communione paschali: cum è contra leges Mosaicæ, quæ Judæos omnes obligabant, plurimæ fuerint. 2. Paucæ illæ leges Ecclesiasticæ, quæ Christianos omnes obligant, sunt tantum quædam determinaciones legum divinarum, quibus nullam difficultatem superaddunt: nam legibus divinis tenentur ad aliquando jejunandum, confitendum,

communicandum, & abstinendum ab operibus servilibus; & dictæ leges Ecclesiasticæ tantum determinant tempus quo hæc sunt præstanda.

Christus autem cum ait: *Jugum meum suave est, & onus meum leve;* per hæc verba intendit potissimum significare magnam gratiæ abundantiam, quam Christiani ad servandam legem Evangelicam accipiunt, & qua Judæi caruerunt, saltem communiter. Melior igitur est Christianorum conditio, quam fuit conditio Judæorum: quantumvis Prælati Ecclesiastici potestatem acceperint à Christo condendi leges, quibus fideles obligentur, & hac potestate hæcenus uti fuerint. Sed

Nota obiter. Triplex est potestas in Prælati Ecclesiasticis; potestas ordinis, potestas jurisdictionis interioris, & potestas jurisdictionis exterioris. Prima est potestas conficiendi & ministrandi Sacramenta. Secunda est potestas regendi Christianos in foro conscientiæ, absolviendo scilicet, vel ligando. Tertia denique est potestas regendi eosdem Christianos in foro externo, leges condendo, cognoscendo causas, & lites dirimendo, &c.

RESPONSIO II.

Principes sæculares potestatem habent condendi leges civiles. Est contra Valdenfes, Anabaptistas, &c.

Prob. 1. ex Scriptura: nam expressè præcipit Christianis, ut legibus Principum sæcularium obsequantur. Atqui hoc non faceret, si Principes sæculares potestatem non haberent condendi leges, nec legibus suis obligare subditos suos possent, ut per se manifestum est. Ergo, &c. *Prob. maj. 1.* ex epist. ad Rom. c. 13. ubi sic loquitur Apostolus: *Omnia anima potestatibus sublimioribus subdita sit . . . Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* 2. Ex epist. 1. Petri c. 2. ubi dicitur: *Subditi igitur estote omni humane creaturæ propter Deum, sive Regi, quasi præcellenti, sive Ducibus, tanquam à Deo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei.* Ergo, &c.

Prob. 2. Quia Principes sæculares potestatem habent regendi subditos suos in rebus civilibus, & eos coercendi, ac puniendi, si non obediunt, ut expressè docet Paulus loco citato. Dei, inquit, *minister est tibi in bonum; si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit.* Idem etiam docet Petrus loco citato his verbis: *Sive ducibus tanquam à Deo missis in vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* Atqui Principes sæculares hanc potestatem utiliter & convenienter exercere non possunt sine legibus civilibus. Ergo, &c.

Prob. min. Quia ad hanc potestatem regendi subditos, & eos coercendi, ac puniendi si non obediunt, utiliter & convenienter exercendam, non sufficit, 1. Lex naturalis, ut per se patet. 2. Lex Mosaicæ, quia jam abrogata est. 3. Lex Evangelica, quia solum tractat de rebus spiritualibus & divinis. 4. Præcepta tantum durantiæ per vitam Principis; quia si per talia tantum præcepta gubernaretur respublica, cum magno ejus incommodo sepe mutaretur modus gubernandi. 5. Arbitrium Principis sine lege, quia aliquando contingit Principem malum esse, vel imprudentem, & quoties moreretur Princeps, atque alius ei succederet, cum non sit idem Principum omnium ingenium, toties modus gubernandi rempublicam mutaretur, ex qua mutatione proculdubio sequerentur multa & magna incommoda.

Confirm. breviter sic. Principes sæculares talem habent potestatem administrandi rempublicam, qualem requirit bonum commune & publica felicitas: nam Principes ad hoc instituti sunt, & potestas publica illis concessa est ad procurandum bonum commune, & publicam felicitatem. Atqui bonum commune & publica felicitas requirunt potestatem administrandi rempublicam per leges constantes & perpetuas, sine quibus non potest esse uniformitas & constantia

in

in gubernando, quæ uniformitas & constantia ad bonum commune & publicam felicitatem requiritur. Ergo, &c.

ARTICULUS II.

Utrum potestas condendi leges, siue civiles, siue ecclesiasticas, dependeat à fide, aut moribus legislatoris.

RESPONSIO.

Potestas condendi leges, siue civiles, siue ecclesiasticas, non dependet à fide, aut moribus legislatoris.

Est de fide contra Vviclef & Joan. Hus, quorum doctrinam damnavit Synodus Constantiensis sess. 8. & 15. in hac propositione: *Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.* Quibus verbis hæretici docebant per peccatum mortale potestatem legislativam, tam civilem, quam ecclesiasticam, amitti, vel saltem ita impediti, ut legislator, siue civilis, siue ecclesiasticus, nihil possit valide præcipere, quandiu existit in statu peccati mortalis. Contra illos autem

Prob. Resp. pro potestate civili, ex Apostolo Rom. c. 13. ubi loquens de Principibus secularibus, qui tunc temporis imperabant, sic ait: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt...* Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam... *Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes.* Atqui Principes seculares, qui tunc temporis imperabant, erant infideles & improbi. Ergo ex Apostolo etiam, qui fideles sunt, tenentur in conscientia subditi esse, & obedire Principibus secularibus, etiam infidelibus & improbis: ita ut qui illis resistunt, leges eorum transgrediendo, Dei ordinationi resistant, & resistendo damnationis reatum incurant: unde illis obtemperare necesse est, non solum ad vitandas poenas, legum transgressoribus impositas, sed etiam ne lædatur conscientia, quia quantumvis infideles & improbi, spectandi sunt ut ministri Dei, volentis per illos, & leges ab illis latus, communitatem regere in temporalibus. Ergo, &c.

Ratio à priori est, quia homines in perfectam communitatem convenientes, ex natura rei, & ita necessario conferunt in illam communem & supremam potestatem regendi, & leges ferendi talem, qualis requiritur ad utilem & convenientem administrationem, seu qualis requiritur ad publicam felicitatem procurandam. Ad hunc autem finem requiritur communis & suprema potestas regendi, & leges ferendi, in esse & in operari prorsus independens à fide & probitate hominum.

Prob. 2. pro potestate Ecclesiastica, ex epist. ad Hebr. cap. 13. ubi Apostolus loquens de Prælati Ecclesiasticis, dicit: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis,* nulla distinctionem proborum ab improbis facta. Nec dic verba Apostoli intelligenda esse cum restrictione ad probos præpositos: nam hæc restrictio nullum planè fundamentum habet aut in alia Scriptura, aut in traditione, aut in rei natura: neque enim iurisdicção Ecclesiastica talis est ex se, ut aut non possit esse in homine improbo, aut non possit ab illo valide exerceri, quandiu improbus est.

Ratio à priori est, quia potestas spiritualis ad hoc Deo instituta est, ut utiliter & convenienter administraretur communitas Ecclesiastica, ejusque bonum commune procuraretur. Ergo residere potest in subiecto, & ab eo valide exerceri, per quod communitas Ecclesiastica potest utiliter & convenienter administrari, ejusque commune bonum procurari. Atqui homo etiam improbus potest utiliter & convenienter administrare communitatem Ecclesiasticam, ejusque bonum commune procurare, iusta præcipiendo. Ergo, &c.

Potestas igitur condendi leges Ecclesiasticas non pendet à moribus Prælati Ecclesiastici. Idem propter eandem rationem dic de illius fide: nam Episcopus v. g. cum hæresi interna potest utiliter & convenienter per iustas leges administrare suam diocesim in ordine ad bonum commune Ecclesiæ, & aliunde propter illam non est excommunicatus, aut alio modo extra Ecclesiam. Sed ex occasione data,

Quæres, utrum iurisdicção ecclesiastica pendeat saltem ab externa veræ fidei professione Prælati Ecclesiastici.

R. affirmativè. Nam v. gr. Episcopus publicè & notoriè hæreticus, hoc ipso quod publicè & notoriè hæreticus est, amittit omnem iurisdicçãoem Ecclesiasticam. Ratio est, quia non est amplius in Ecclesia; quia per notoriam hæresim ipse se separat. Ergo jure divino, tum positivo, tum etiam naturali, privatur & spoliatur omni iurisdicçãoe ecclesiastica: positivo quidem, quia Christus iurisdicçãoem ecclesiasticam instituit, ut exercendam per membra Ecclesiæ; non est autem membrum Ecclesiæ, qui est extra Ecclesiam: naturali verò, quia ex natura rei repugnat illum habere iurisdicçãoem, qui non habet subditos: iurisdicção enim est potestas superioris, & superior esse non potest sine subditis. Sed qui non est amplius in Ecclesia, nec habet, nec habere potest fideles sibi subditos in spiritualibus: nam si haberet, simul esset in Ecclesia, & extra Ecclesiam: esset extra Ecclesiam, ut supponitur; esset etiam in Ecclesia, quia adhuc cum fidelibus sibi subiectis in spiritualibus unum corpus morale efficeret, quod profectò esset Ecclesia, & cujus ipse esset caput.

Accedit consensus Patrum & Summorum Pontificum, apud Bellarminum lib. 4. de Eccles. militante c. 10. quorum aliqua hic referemus testimonia. 1. itaque S. Cyprianus lib. 1. epist. 6. ad Magnum sic ait: *Didicimus omnes omnino hæreticos & schismaticos nihil habere potestatis ac iuris.*

2. S. Augustinus in Enchiridio cap. 65. ita loquitur: *Rectè constituuntur ab iis, qui Ecclesiæ præsumt, tempora poenitentia, ut fiat etiam satis Ecclesiæ, in qua remittuntur ipsa peccata: extra eam quippe non remittuntur, defectu scilicet, non potestatis ordinis, sed iurisdicçãois in foro interno. At si ii qui sunt extra Ecclesiam, carent iurisdicçãoe in foro interno, carent etiam iurisdicçãoe in foro externo: non enim potior est ratio pro una quam pro altera.*

3. Celestinus in epist. ad Orientales Episcopos hæc habet: *Si quis ab Episcopo Nestorio, aut ab aliis qui eum sequuntur, ex quo talia predicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus est seu antistitis, seu clerici dignitate, hunc in nostra communione & durasse, & durare manifestum est, nec judicamus eum remotum; quia non poterat quemquam ejus removere sententia, qui se jam præbuerat ipse removendum.* Ex Celestino igitur, sententiæ excommunicationis & depositionis, latae à Nestorio, postquam hæresim suam predicare cœpit, ac proinde postquam factus est notorius hæreticus, nullæ fuerunt, non nisi defectu iurisdicçãois ecclesiasticæ in foro externo, cujus sunt actus; & consequenter, ex Celestino, Nestorius iurisdicçãoe Ecclesiastica in foro externo spoliatus est per notorietatem suæ hæreseos, per quam scilicet desit esse membrum Ecclesiæ, ac proinde & esse Episcopus talis Ecclesiæ particularis, à qua idcirco, etiam implorato seculari brachio, removendum se ipse præbuit.

4. Nicolaus I. in epist. 7. ad Michaellem Augustum hæc scribit: *Aperit Sedes nostra sanxit auctoritas, nullum, siue Episcopum, siue Clericum, seu professione aliqua christianum, qui à Nestorio, vel ejus similibus, ex quo talia predicare cœperunt, vel loco suo, vel communione dejecti sunt, vel dejectum, vel excommunicatum videri: sed hi omnes in nostra communione & fuerunt, & hucusque perdurant: quia neminem vel deicere, vel removere poterat, qui predicans talia tubabatur. Sedes igitur Apostolica per Celestinum Pontificem, hanc regulam sanxit & confirmavit, quod nullus*

posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.

Obj. 1. Deus in veteri testamento prohibuit, ne quid ad praecepta sua adderetur, juxta illud Deut. c. 4. *Non additis ad verbum, quod vobis loquor.* Idem prohibet in novo testamento, juxta illud Matth. c. ult. *Docete omnes gentes . . . docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.* Præterea, Christus Marc. 7. damnat humana praecepta, *In vanum, inquit, me colunt, docentes praecepta hominum.*

R. ad 1. neg. Nam loco citato Deus loquitur de praeceptis caeremonialibus, & Judæis prohibet, ne ad ea aliquid ex gentilium ritibus superaddant. *R. ad 2. etiam neg.* Locus autem citatus pro nobis est. Cum enim Christus antea Luc. c. 10. dicendo Apostolis suis, *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit,* significaverit velle se ut fideles Prælati Ecclesiasticis obtemperarent, postea quando Apostolis præcipit ut gentes doceant servare omnia quaecumque ipse mandavit, præcipit, ut gentes doceant, obtemperandum esse Prælati Ecclesiasticis, & hanc esse voluntatem ejus, ut quicumque fidei jugum subeunt, Prælatorum Ecclesiasticorum legibus se subiciant. *R. ad 3.* Christus damnat praecepta quaedam hominum injusta, vel inutilia, quæ tamen Pharisei legi divinæ anteponebant.

Obj. 2. Augustinus epist. 119. ad Januarium, damnat leges Ecclesiasticas. *R. neg.* Itaque hoc loco S. Augustinus dampnat, non leges Ecclesiasticas, sed abusus quosdam, qui contra communem Ecclesiæ consuetudinem irrepleant. Postquam enim de his abusibus conquestus est, sic ait: *Omnia itaque talia, quæ neque Sanctorum Scripturarum auctoritatibus continentur, nec in consiliis Episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universæ Ecclesiæ roborata sunt, sed diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix aut nunquam inveniri possint causæ, quas in eis instituendis homines secuti sunt; ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione rescanda existimo.*

Vides S. Doctorem hic solum damnare praxes quasdam inutiles, superstitionem redolentes, in quibusdam tantum locis usitatas, sine sufficienti auctoritate introductas, quarum rationabilis causa vix aut nunquam inveniri potest, & quæ tamen à certis hominibus tanti sunt, ut multa, quæ in divinis libris saluberrime præcepta sunt, minus curentur, & gravius corripiantur, qui per otia suas terras nudo pede tetigerunt, quam qui mentem violentia sepelierint. Leges autem ab Episcoporum conciliis latas, non modò non rejicit, sed ab omnibus servandas esse expressè assensit, ut patet ex loco laudato.

Obj. 3. Lex Evangelica sufficit ad salutem. Ergo frustra conderentur aliæ leges ab hominibus. *R. neg. conseq.* Nam lex Evangelica ad salutem sufficit in eo sensu, quòd ut quis salutem consequatur, satis sit, si servet totam legem Evangelicam. At totam legem Evangelicam non servat, qui non obedit legibus Prælatorum Ecclesiasticorum: nam lex Evangelica commendat illorum auctoritatem, & subditos jubet illis obtemperare.

Obj. 4. Si Christiani tenerentur legibus Ecclesiasticis, conditio Christianorum durior esset, quam fuerit conditio Judæorum: nam multò plures & difficiliore sunt leges Ecclesiasticæ, quam fuerint leges Mosaicæ. Consequens contradicit Christo dicenti: *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* Ergo, &c. *R. neg. seq. maj. Ad prob. R. 1.* Leges Ecclesiasticæ, quibus obligantur omnes Christiani, sunt numero paucæ: vix enim sunt quatuor, aut quinque, de servandis scilicet jejunii, festis, Confessione annua, & Communione paschali: cum è contra leges Mosaicæ, quæ Judæos omnes obligabant, plurimæ fuerint. 2. Paucæ illæ leges Ecclesiasticæ, quæ Christianos omnes obligant, sunt tantum quædam determinaciones legum divinarum, quibus nullam difficultatem superaddunt: nam legibus divinis tenentur ad aliquando jejunandum, confitendum,

communicandum, & abstinendum ab operibus servilibus; & dictæ leges Ecclesiasticæ tantum determinant tempus quo hæc sunt præstanda.

Christus autem cum ait: *Jugum meum suave est, & onus meum leve;* per hæc verba intendit potissimum significare magnam gratiæ abundantiam, quam Christiani ad servandam legem Evangelicam accipiunt, & qua Judæi caruerunt, saltem communiter. Melior igitur est Christianorum conditio, quam fuit conditio Judæorum: quantumvis Prælati Ecclesiastici potestatem acceperint à Christo condendi leges, quibus fideles obligentur, & hac potestate hæcenus uti fuerint. Sed

Nota obiter. Triplex est potestas in Prælati Ecclesiasticis; potestas ordinis, potestas jurisdictionis interioris, & potestas jurisdictionis exterioris. Prima est potestas conficiendi & ministrandi Sacramenta. Secunda est potestas regendi Christianos in foro conscientiæ, absolviendo scilicet, vel ligando. Tertia denique est potestas regendi eosdem Christianos in foro externo, leges condendo, cognoscendo causas, & lites dirimendo, &c.

RESPONSIO II.

Principes sæculares potestatem habent condendi leges civiles. Est contra Valdenfes, Anabaptistas, &c.

Prob. 1. ex Scriptura: nam expressè præcipit Christianis, ut legibus Principum sæcularium obsequantur. Atqui hoc non faceret, si Principes sæculares potestatem non haberent condendi leges, nec legibus suis obligare subditos suos possent, ut per se manifestum est. Ergo, &c. *Prob. maj. 1.* ex epist. ad Rom. c. 13. ubi sic loquitur Apostolus: *Omnia anima potestatibus sublimioribus subdita sit. . . Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* 2. Ex epist. 1. Petri c. 2. ubi dicitur: *Subditi igitur estote omni humane creaturæ propter Deum, sive Regi, quasi præcellenti, sive Ducibus, tanquam à Deo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei.* Ergo, &c.

Prob. 2. Quia Principes sæculares potestatem habent regendi subditos suos in rebus civilibus, & eos coercendi, ac puniendi, si non obediunt, ut expressè docet Paulus loco citato. Dei, inquit, *minister est tibi in bonum; si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit.* Idem etiam docet Petrus loco citato his verbis: *Sive ducibus tanquam à Deo missis in vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* Atqui Principes sæculares hanc potestatem utiliter & convenienter exercere non possunt sine legibus civilibus. Ergo, &c.

Prob. min. Quia ad hanc potestatem regendi subditos, & eos coercendi, ac puniendi si non obediunt, utiliter & convenienter exercendam, non sufficit, 1. Lex naturalis, ut per se patet. 2. Lex Mosaicæ, quia jam abrogata est. 3. Lex Evangelica, quia solum tractat de rebus spiritualibus & divinis. 4. Præcepta tantum durantiæ per vitam Principis; quia si per talia tantum præcepta gubernaretur respublica, cum magno ejus incommodo sepe mutaretur modus gubernandi. 5. Arbitrium Principis sine lege, quia aliquando contingit Principem malum esse, vel imprudentem, & quoties moreretur Princeps, atque alius ei succederet, cum non sit idem Principum omnium ingenium, toties modus gubernandi rempublicam mutaretur, ex qua mutatione proculdubio sequerentur multa & magna incommoda.

Confirm. breviter sic. Principes sæculares talem habent potestatem administrandi rempublicam, qualem requirit bonum commune & publica felicitas: nam Principes ad hoc instituti sunt, & potestas publica illis concessa est ad procurandum bonum commune, & publicam felicitatem. Atqui bonum commune & publica felicitas requirunt potestatem administrandi rempublicam per leges constantes & perpetuas, sine quibus non potest esse uniformitas & constantia in